

cum fratribus suis, decano Dietholdo, archipresbitero Gelbperno^{a)}, custode Erwino, Adelgero et ceteris ecclesie canonicis. Laicis vero palatina comitissa Gerdrude cum filio suo prefate ecclesie advocato Sigefrido, comitibus Lûdovico et Wiberto, filiis Lûdovici Lûdovico et Heinrico, Herimanno de Gûdenesberch, Gebardo, Diethmaro de Rosla, Cristiano et Adelgero, Cristiano et Vnargo. De familia [autem]^{b)} Wolverico, Rûdegero, Rechero, 5 Cûnrado, Sigeboldo, Adelberto, Adelberone. Huic vero privilegio, quo maior et validior inesset auctoritas, sigilli nostri [car]tam^{b)} impressimus anno dominice incarnationis M̄ C̄ XVIII, indictione XIII.

(SJFR.)

58.

10

Markgraf Konrad eignet dem Kloster Reinhardsbrunn von seinem Erbeigen das Gut Torgau u. a. zu, behält sich jedoch und seinen Nachkommen das Voigteirecht vor. 1119.

Hdschr.: Or. (E) Perg. Haus- und Staatsarchiv Gotha Q Q I. g. 20. S. = Taf. I. 1. Phot. H. St. A.

Gedr.: Otto, Thuringia sacra 77.

Ann.: Konrad nennt sich „Markgraf von Meissen“, während er doch damals noch Graf von Wettin war und auch 15 noch bis zur Erwerbung der Markgrafenwürde (1123) in den anderen Kanzleien, kaiserlichen und bischöflichen, comes genannt wird. Es läßt sich doch nicht annehmen, daß Konrad, um seine Ansprüche noch vor dem Tode seines Veters Heinrich von Eilenburg und seines älteren Bruders Dedo zu bekunden, sich ein Siegel habe stechen lassen, das er nachher als Markgraf weiter geführt hat. Das Actum bezieht sich auf die Handlung, die zur Zeit erfolgte, als er noch Graf war. Erst als er (1123) Markgraf geworden, stellte das Kloster die Urkunde her und reichte sie zur 20 Besiegelung ein, oder, was wahrscheinlicher, die Urkunde wurde auf Grund der Urkunde von 1119 renovirt. Danach ist zu berichtigen Posse, Markgrafen von Meissen 279 Anm. 210 und Cod. Sax. I. 1, 149.

(C.) : In nomine summe et individue trinitatis. Ego Cûnradius Misenensis divina clementia marchio. | Memor illud dictum antiquitus: ‚divitię viri redemptio anime eius‘, benignissima quoque contectalis nostra L̄vchardis universorum presentium et futurorum | 25 Christi fidelium noticię intimamus memoriterque retinendum commendamus, qualiter tam pro vite, quam pro animarum nostrarum nec non et parentum nostrorum salute tradidimus | monasterio sanctę Marię perpetuę virginis, quod est in loco, qui Reinhersbrunn dicitur, de propria hereditate mea predium unum, quod Thurgovve nominatur, super ripam fluminis Albę cum ecclesia cumque omnibus suis pertinentiis, hoc est terris arbustis cultis 30 et incultis agris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus piscationibus viis et inviis exitibus et redivis, insuper et villam Bodssesse cum suis pertinentiis locumque quendam in ipso flumine Alba situm, qui vulgo Wert dicitur, et decimas de dominicalibus nostris in villa Stariz et in Tressgovve aliasque decimas quorundam ad prefatum locum pertinentes cum modiis, qui singuli de singulis mansis redduntur, quibus felicis memorię pater 35 meus Tiemo comes prefatam ecclesiam primo dotavit decimamque piscationis de stagno a piscatoribus in Knosene, ad hoc etiam dominicale ac locum mercatus in ipso loco Thurgovve, eo siquidem tenore, quatinus idem predium proprietatis iure perpetuo iam dicto ascribatur monasterio, et fratres ibidem constituentur pro me proque meis parentibus ac sobole per omne tempus divino intenti servitio. Sane advocatus eiusdem loci, dum vixero, 40 ipse permanebo meique posteris permaneant, si fuerint idonei, de cetero autem nullus ibi constituatur advocatus, nisi quem cum communi fratrum consilio eligendum previderit

57. a) Gelperno aus Geltno corr. b) Loch.